FLORA.

№. 12.

Regensburg. 28. März. **1855.**

Inhalt: ORIGINAL-ABHANDLUNG. Trevisan, Fragmenta lichenographica. No. I. — REPERTORIUM FÜR DIE PERIODISCHE BOTANISCHE LITERATUR No. 161—166. — ANZEIGE. Wirtgen, verkäufliche Herbarien.

Fragmenta lichenographica. Conscripsit Victor Prof. Trevisan.

No. I.

„Omnia paene in dubium vocata sunt, multa vario modo reformata, de plerisque dissentitur. Non nostrorum studiorum sed scientiae causa vovemus, velint Lichenologi magis ad convergentes, quam divergentes videndi rationes tendere, sine qno nisu nil ubique recepti et stabiliti enasci posse videtur. Aeque evitanda sunt, monente Bacone, immodicum studium duorum extremorum antiquitatis et novitatis, quae temporis filiae male patrissant: ut enim tempus prolem devorat, sic haec se invicem. Et error se ostendit in modo tractandi doctrinam, qui est imperiosus et magistralis, non ingenuus et liberalis."

Fries (Lich. eur. Praef. pag. VIII—XIII.)

Publicis negotiis frequenter impeditus curisque obsessus, opellam, cui titulus Genera Lichenum, in lucem tardius edere coactus sum. De valore characterum generum ad Lichenum familiam spectantium in conventu Imperialis ac Regiae Patavinae Scientiarum Literarum Artiumque Academiae, die quinto Calendas nuper praeterlapsi Februarii nonnulla sum loquutus. Paginis istis observationes quasdam ad fragmenti modum propositas interim publici juris facere constitui.

Lichenum genera prae caeteris inter plantas cryptogamas reformatione indigebant. Deterruit autem multos a temerario tentamine late serpens opinio, characteres e sporarum structura depromptos tum ad genericas, tum ad specificas distinctiones nihil auxilii praestare. Contrariam sententiam, post celeberrimum De Notaris, in Italia secundus (in Nuov. Annal. delle Scienz. Natur. di Bologna, Ser. III., Tom. III. 1851) amplexus sum; quam etiam clarissimi Massalongo, Naegeli, Hepp, aliique recentiori tempore acceperunt. Sed quantus inter Auctores laudatos dissensus! Alius magis

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0180-7

in multiplicando, alius in maturando et contrahendo operam confert. Nec unquam Friesii verba — „Lichenologiam esse quasi civitatem institutionibus obrutam, cujus reformatio difficilior, quam novae constructio“ — aptius quam hodie accommodantur.

Quod ad me attinet, dum ad prima Systematicorum principia redire necessitas magis magisque urget, genera recedentia ad exemplum Jussiaei proximae tribui, species recedentes ad exemplum Linnaei proximo generi subjungere, quam novas tribus et genera nova condere, in praesenti scientiae statu aptius visum fuit. Auctae experientiae hoc relinquitur. Etiam in distinguendo esse modum, quem aliquis recentiorum neglexisse, saltem nostris temporibus, Naegelio, Heppio mihique videtur, nihil est caussae quod moneam. Ceterum: „Vera sunt Naturae, errores cuique Auctori tantum privi. At eis nos decet „gratulari, eos ut Naturam amare, quibus haec ut clientibus adyta sua aperuit“.

Genera in meis opusculis lichenologicis nimis contrahi aut, ut alii ajunt, confundi, saepe enunciatum vidimus. Objectiones hac de caussa in rem ipsam eo cariores agnosco, quod ex ipsis errores meos corrigendi occasio subministretur. A mea sententia discedere quam eamdem necessitate tueri, jucundius videretur; irasque vesanas, mendaces refellere, quo an ingratius quidquam sit nescio, nec unquam in mentem mihi venit, nec unquam veniet. De his Linnaeus: „Hinc ortus fuit tantus rumor inter Botanicos et diversas sectas, tot jurgia et opprobria; credidere, se tenere methodum naturalem, reliquos omnes errare; alias vero propugnantes methodos regerunt illam difficillimam esse, suam vero facillimam, certissimam; uno verbo, nescio quid fascinat homines, ut non possint alteram methodum videre absque perturbatione.“ De his Friesius: „Singularis existimatio, refutandas necesse esse singulas diversas dispositionis rationes ad receptam tuendam! Tantum e re, variis rationibus considerata, plena noscitur cognitio. Verum et pulchrum sub variis formis manifestatur. Qui se unicum et summum justum fingit, se et alios fallit“. Ea, quae hactenus potius passivo, quam activo Lichenum studio praestare qualitercumque potuimus, humanos rogamus lectores benigne accipiant, semper memores: „non omnia possumus omnes“.

Species sine ullo ordine systematico se ipsas sequuntur, de illis tantum verba faciens, quarum sporae mihi innotuerunt. Nullas nisi a me visas in certarum specierum numerum recipere debui; in iis paucissimis, quas ipse experiri non potui, optimam auctoritatem secutus sum. Lichenum exsiccatorum collectiones, saepius majoris

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0181-3

utilitatis quam libri describentes, fere omnes hucusque evulgatas exploravi, nempe Ehrharti (Plant. crypt. et Phytophyl.), Schraderi (Syst. Samml. Crypt. Gew.), Flörkei (Deutschl. Lich.), Funckii (Crypt. Gew.), Friesii (Lich. Suec.), Sommerfeltii (Crypt. Norv.), Flotowii (Lich. exs.), Reichenbachii et Schubertii (Lich. exs.), Hampei (Veg. cellul. Germ. sept.), Delisei (Lich. de Franc.), Desmazièrii (Crypt. de Franc.), Libertiac (Crypt. Arduenn.), Mougeotii et Nestleri (Crypt. Vog. Rhen.), Schaereri (Lich. Helv.), Garovaglii (Lich. ital.), Leightonii (Lich. Britan.), Heppii (Flecht. Europ.); quas etiam, binas tantum exceptas, possideo. Locupletissimam Lichenum Helveticorum omnium a b. m. Schleichero lectorum, quos Acharius determinavit, schedulisque ipsa manu hujus celeberrimi viri praetiosissimam, optimi Schaereri gratia, collectionem emi. A munificentia coaevorum, nunquam frustra provocata, saepius ultro oblata, insuper tuli plures completas e longinquis orbis terrarum regionibus advectas collectiones. Hinc, ditissimi herbarii possessor, synonyma fere omnia, quae citavi, ad exemplaria originalia determinata fuerunt. Quae pauca praemonenda videbantur.

Scripsi Patavii, Calendis Martii MDCCCLV.

Dispositionis, quam proposui, claves analyticas sequenti modo exponerem:

- Thallus heteromericus. (Ordo I. **Parmeliaceæ.**)
  - Apothecia aperta, discifera. (Subordo 1. *Gymnocarpæ.*)
    - Excipulum thallodes. (Divisio I. *Coenothalamae.*) — I.
    - Excipulum proprium. (Divisio II. *Idiothalamæ.*)
      - Discus orbicularis. (Subdivis. 1. *Discocarpæ.*) — II.
      - Discus difformis, gyroso-plicatus vel rimosus. (Subdivis. 2. *Aulacocarpæ.*) — III.
  - Apothecia clausa, nucleifera. (Subordo 2. *Angiocarpae.*)
    - Excipulum thallodes. (Divisio I. *Coenothalamae.*) — IV.
    - Excipulum proprium. (Divisio II. *Idiothalamae.*) — V.
- Thallus homoeomericus. (Ordo II. **Collemaceæ.**)
  - Apothecia aperta, discifera. (Subordo 1. *Gymnocarpae.*)
  - Apothecia clausa, nucleifera. (Subordo 2. *Angiocarpae.*)

I. Parmeliaceæ Gymnocarpæ Cœnothalamæ.

	Tribus.
Thallus centripetus verticalis	1. *Ramalineæ* Agardh.
Thallus centrifugus horizontalis, frondosus	2. *Parmelieæ* Zenker.
Thallus centrifugus horizontalis, crustaceus . . .	3. *Patellarieæ* Trevis.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0182-9

II. Parmeliaceæ Gymnocarpæ Idiothalamæ Discocarpæ.

			Tribus.
Thallus centripetus verticalis a thallo centrifugo horizontali assurgens			4. *Cladonieæ* Zenker.
Thallus centrifugus horizontalis	frondosus		5. *Eschatogonieæ* Trevis.
	crustaceus	Discus persistens	6. *Lecideinae* Fries.
		Discus demum in sporas nudas coacervatas pulveraceo-collabens	7. *Calicieæ* Zenker.

III. Parmeliaceæ Gymnocarpæ Idiothalamæ Aulacocarpæ.

Thallus frondosus		8. *Umbilicarieæ* Rabenh.
Thallus crustaceus	Thalamia stromate nullo obducta	9. *Graphideæ* Eschw.
	Thalamia stromate obducta	10. *Glyphideæ* Fries.

IV. Parmeliaceæ Angiocarpæ Cœnothalamæ.

Thallus centripetus verticalis		11. *Sphærophoreæ* Fries.
Thallus centrifugus horizontalis,	frondosns	12. *Endocarpeæ* Fries.
	crustaceus	13. *Portneæ* Fée.

V. Parmeliaceæ Angiocarpæ Idiothalamæ.

Thallus frondosus		14. *Leightonieæ* Trevis.
Thallus crustaceus	Thalamia stromate nullo obducta	15. *Verrucarieæ* Fée.
	Thalamia stromate discolori obducta	16. *Trypetheliеæ* Fée.

I. *Pyrenocarpus* [1]) **Trevis. (Sul valore dei caratteri generici nei Licheni. Memoria letta all' Accademia di Padova nel 28 Gennajo 1855.)**

Char. ess. Apothecia simplicia. Perithecium ceraceo-membranaceum, coloratum, hemisphaerico-conicum, thallo semiimmersum, ostiolo simplici. Asci 8-spori, paraphysibus obvallati. Sporae ovoideae simplices, hyalinae. — Thallus crustaceus, uniformis.

Syn. *Montinia* **Massal.** (Framm. lichen. p. 17.), non **Linn.** [2])

Obs. Genus eodem fere tempore a cl. **Massalongo** et a me constitutum, sed *Montinia* **Linnaei** adest inter Oenotheraceas. Pertinet ad *Verrucariearum* tribum, et ad subtribum primam, quam proposui, *Sphaeromphalearum*. A *Verrucaria* differt omnino ut *Biatora* a *Lecidea*, perithecio ceraceo-membranaceo et colorato, nec corneo-car-

1) πυρήν, nucleus; καρπός, fructus.

2) **Linn.** (Gener. plant. n. 1432) — conf. **De Cand.** (Prodr. Syst. nat. III. pag. 35), **Endlich.** (Gener. plant. n. 6123.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0183-5

bonaceo aterrimo. „Genere distinto dalle *Verrucaria* per la presenza delle parafisi“ dixit Auctor Veronensis: at in omnibus *Verrucariis* mihi cognitis paraphyses semper evidentes, et tantum interdum minus frequentes obveniunt.

1. *Pyrenocarpus Flotowianus* Trevis.

Verrucaria Flotowiana Hepp! (Flecht. Europ. num. 92.) — *Montinia Flotowiana* Massal.! (loc. cit. pag. 18.) — *Segestria lectissima* Fries! (Lich. europ. pag. 430, pr. part.) — *Verrucaria umbonata* Schaer.! (Lich. helv. Spicil. pag. 337, pr. part.) — *Segestria umbonata* Schaer.! (Enum. lich. eur. pag. 207, pr. part.)

II. ***Sphaeromphale*** Reichenb. (Consp. regn. veget. pag. 20. 1828; Repert. herbar. pag. 15. 1841), Endlich. (Gener. plant. num. 151.), Rabenh. (Deutschl. Krypt. Flor. II. 1. pag. 13, exclusa Sph. rubra [1]), non Massal. [2]).

Char. ess. Apothecia simplicia. Perithecium ceraceo-membranaceum, coloratum, hemisphaerico-conicum, thallo immerso, ostiolo papillato. Asci 8-spori, paraphysibus obvallati. Sporae fusiformes, quadriloculares, hyalinae. — Thallus crustaceus, uniformis.

Syn. *Segestria* Massal. (Rich. lich. crost. pag. 158) non Latreille [3]).

Obs. Nisi omnes nomenclaturae leges, omne prioritatis jus, violare velis, alii generi Reichenbachianum nomen antiquius imponere non licet. Cum *Segestria* Latreillei aderat, Friesius»

---

1) Pertinet ad Algas Florideas. Huc per transennam, genus *Hildenbrandiæ* recentiorum (J. Agardh Spec. Algar. II. 1. pag. 493) heterogeneis pluribus infestatum esse, admonem. Sphaerosporarum differentia, exemplo etiam aliorum Floridearum generum urgente, hujus divisionem instituendam puto. *Hildenbrandia* (spec. *Hildenbr. Nardi* Zanard.) sphaerosporis oblongis cruciatim divisis, paranematibus nullis mixtis; *Haematophlaea* (spec. *Hæmatophl. Crouani* Trevis. = *Hildenbrandia Crouani* J. Agardh) sphærosporis elongato-oblongis zonatim divisis, paranematibus nullis mixtis; *Erythroclathrus* Liebmanni (spec. 1. *Erythrocl. Sommerfeltii* Trevis. = *Verrucaria rubra* Sommerf.; *Segestrella rubra* Fries; *Hildenbrandia rosea* J. Agardh — 2.? *Erythrocl. rivularis* Liebm. = *Hildenbrandia Paroliniana* Zanard; *Sphaeromphale rubra* Rabenh.; *Cruoria rivularis* Trevis. 1848; *Hildenbrandia rivularis* J. Agardh. — 3. *Erythrocl. Kützingii* Trevis. = *Hildenbrandia sanguinea* Kütz.), sphaerosporis pyriformibus, neque cruciatim, neque triangule, sed valde inaequaliter et oblique quadridivisis, inter paranemata simplicia nidulantibus, distinguuntur.

2) *Sphaeromphale* Massal. pertinet ad *Verrucarieas Pyrenuleas.*

3) *Segestria* Latreill. (Nouv. dict. d'histoir. natur. 1804) est genus *Arachnidarum Aranearum.*

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0184-1

generis *Segestriae* e Lichenum grege conditor (Syst. Orb. veget. I. pag. 263—1825), hoc nomen in *Segestrellam* mutavit (Lich. europ. pag. 460—1831). Pertinet ad *Verrucarieas Sphaeromphaleas*, a Pyrenocarpo sporis quadrilocularibus diversum.

2. *Sphaeromphale thelostoma* Rabenh.! (loc. cit. pag. 14.)

Lichen thelostomus Smith (Engl. Bot. tab. 2153). — *Pyrenula umbonata* Achar. (Lich. univ. pag. 316). — *Segestria thelostoma* Fries. (Lich. eur. pag. 429) — *Verrucaria umbonata* Schaer.! (Lich. helv. Spicil. pag. 337, pr. part.; Lich. helv. exs. num. 285) — *Verrucaria umbrina* Garov.! (Lich. ital. exs. Dec. 5. num. 10), non Achar. — *Segestrella thelostoma* Fries. (Summ. veget. Scand. pag. 120). — *Segestria umbonata* Schaer.! (Enum. lich. eur. pag. 207, pr. part.)

Obs. Hujus generis videntur species sequentes, quarum sporae mihi ignotae:

a) *Sphaeromphale* (?) *lectissima* Trevis.

Segestria lectissima Fries. (Syst. orb. veget. I. pag. 287.)

b) *Sphaeromphale* (?) *nucula* Trevis.

Porina nucula Achar. (Syn. meth. lich. pag. 112.) — *Segestria nucula* Fries. (Lich. eur. pag. 430.)

c) *Sphaeromphale* (?) *faginea* Trevis.

Segestria faginea Schaer. (Enum. lich. eur. pag. 208.)

III. ***Bérengeria*** Trevis. (in Nuov. Annal. delle Scienz. Natur. di Bologna, Ser. III., Tom. III. pag. 458-459. 1851; Riv. della Accad. di Padova, I. pag. 265; Spigh. e pagl. pag. 55.)

Char. ess. Apothecia superficialia vel immersa, scutellata vel urceolata, interdum demum protuberantia, excipulo e thallo formato. Asci 8—16-spori, paraphysibus obvallati. Sporae ovoideae vel ovoideo-oblongae, saepius medio leviter constrictae, biloculares, hyalinae vel fuligineo-fuscae. — Thallus crustaceus, effiguratus vel uniformis.

Syn. *Rinodina* Massal. (Ric. lich. crost. pag. 14. 1853), non Gray. — *Mischoblastia* Massal. (loc. cit. pag. 40.), Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 264.) — *Ricasolia* Massal. (Mem. lichen. pag. 47. 1853), non De Notar. — *Psora* Hepp (Flecht. Europ. Syst. Parmel. num. 21, exclus. spec. nonnullis), non Massal.

Obs. Generis a me propositi, biennium ante cl. Massalongo, in Annalibus Bononiensibus (loc. cit. pag. 458—459) characteres essentiales verbis sequentibus enucleavi: „Apothecia anothalama, scilicet e thallo oriunda. Thalamium excipulo thallode simplici receptum. Lamina proligera strato gonimo aut cellulari homogeneo (nunquam carbonaceo) imposita. Sporae biloculares". Hic Auctor, nomen

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0185-7

suum *Rinodinae* nihilosecius patrocinans, admonet: „Ora però mi accorgo che tutte le mie *Rinodina* formano per intero il suo genere *Bérengeria*“ (Mem. lichen. pag. 12). Acharius, qui primus *Rinodinae* nomen excogitavit (Lich. univ. pag. 344), sectioni suae *Lecanorae* tribuit, typo *Lecanorae atrae*. Genus sub hoc nomine a cl. Gray (Natur. arrang. of Brit. plant. I. pag. 448. 1821) constitutum nil cum nostro, quoad ideam, commune habet. Species 35, nempe 20 *Patellarias*, inter quas typica species *Rinodina atra*, 5 *Lepadolemmata*, 5 *Callopismata* et *Blastenias*, 3 *Lecideinas* et binas tantum *Bérengerias*, amplectit. „Nomen, itaque, a conditore generis primitus inditum, semper est, exclusis posterioribus synonymis, servandum.“ (Agassiz, Nomencl. zoolog. Praef. pag. XIX.)

Mischoblastias cl. Massalongo olim distinxit, egoque, suas opiniones uno ictu offendere minime cupiens, primo ad specimina benevole ab eo communicata admisi. Ad vivum dein novo examini subjectas ad *Bérengerias* retuli: meamque sententiam Auctor ipse, qui suum genus serius defendidit (Mem. lichen. pag. 9.), nuperrime amplexus est. (Gener. lich. pag. 19.)

Ricasoliae sporis hyalinis, nec fuligineo-fuscis, tantum discrepant. De valore characterum e sporarum colore depromptorum ad generum distinctionem alio loco disserui. Testantur enim, meo sensu, multa exempla, in Angiocarpis magis magisque accumulata, genera ex hac nota unice suffulta nullo modo persistere posse. Divisiones, quae hinc oriuntur, certe minoris ponderis quam Lichenum crustaceorum e thallo effigurato vel uniformi. Nec e sporarum colore vastissimum *Agarici* genus in plura dissolvitur.

Subgen. I. *Placothallia* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 265.) — Thallus effiguratus.

* *Hyalosporae.*[1])

3. *Bérengeria Cesatii* Trevis.

Ricasolia Cesatii Massal.! (Mem. lichen. pag. 47. tab. 8. fig. 46.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2—2½ longae.

4. *Bérengeria candicans* Trevis. (Car. di dod. nuov. gen. di lich. pag. 2; Spigh. e pagl. pag. 6.) — *Parmelia candicans* Fries. (Lich. europ. pag. 123.), Garov.! (Lich. ital. Dec. 13. num. 3.) — *Lecanora candicans* Schaer.! (Enum. lich. eur. pag. 59.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2 longae.

** *Phaeosporae.*[2])

1) Sporis hyalinis.

2) Sporis fuligineo-fuscis, sporodermide colorata.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0186-2

5. *Bérengeria oreina* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 265; Spigh. e pagl. pag. 56.)

Placodium oreinum Duby! (Bot. Gall. II. pag. 660). — *Parmelia oreina* Fries. (Lich. europ. pag. 113.), Garov.! (Lich. ital. Dec. I. num. 7.), Schaer.! (Lich. helv. ex. num. 331.) — *Psora oreina* Naeg. in Hepp! (Flecht. Europ. num. 209.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. vix 2 longae.

Obs. Ex suis principiis a *Rinodinis* sejungere debuisset cl. Massalongo, a quibus thallo effigurato, nec uniformi, et apotheciis areolis crustae vulgo immersis, nec sessilibus, differt.

Subgen. II. *Lepodium* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 267.) — Thallus uniformis.

* *Hyalosporae.*

6. *Bérengeria spadicea* Trevis. (Car. di dod. nuov. gen. di lich. pag. 2; Spigh. e pagl. pag. 6.)

Lecanora spadicea Flotow (in *Linnaea* 1849, XXII. pag. 362.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2—2½ longae.

8. *Bérengeria leucochlora* Trevis. (Car. di dod. nuov. gen. di lich. pag. I; Spigh. e pagl. 5.)

Parmelia leucochlora Montagn.! (Prodr. Flor. Fernand. num. 87.) — Asci 8-pori. Sporae diametr. 2 longae.

** *Phaeosporae.*

8. *Bérengeria fusca* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 266.)

Catolechia fusca Massal. (Ric. lich. crost. pag. 84. fig. 173) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2 longae.

9. *Bérengeria caesiella* Trevis. (Spigh. e pagl. pag. 56.)

Lecanora caesiella Flörke! (in Spreng. Neue Entdeck. pag. 97.) — *Parmelia caesiella* Spreng.! (Syst. veget. IV. 1 pag. 293.) — *Parmelia obsurca* var. *caesiella* Schaer.! (Enum lich. eur. pag. 38; Lich. helv. exs. num. 608.) — *Rinodina controversa* Massal.! (Ric. lich. crost. pag. 16. fig. 23.) — *Bérengeria controversa* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 265.) — *Psora caesiella* Hepp! (Flecht. Europ. num. 208.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2—2½ longae.

10. *Bérengeria atro-cinerea* Trevis. (Ric. Acc. Pad. I. p. 265.)

Lacanora cooperta Achar.! Syn. meth. lich. pag. 339.) — *Parmelia atro-cinerea* Fries.! (Lich. europ. pag. 151.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2—2½ longae.

11. *Bérengeria albana* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 265; Spigh. e pagl. pag. 55.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0187-8

Hagenia albana Massal.! (Sui gen. Dir. e Dirin. pag. 14. tab. 2. fig. 6.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 3 longae.

var. *orbicularis* Trevis. (Spigh. e pagl. pag. 56.)

Rinodinae alba var. *orbicularis* Massal.! (Ric. lich. crost. pag. 16.) — Asci et sporae ut in specie, sed diametr. vix. 3 longae.

12. *Bérengeria sophodes* Trevis. (Ric. Acc. Pad. I. pag. 265; Spigh. e pagl. pag. 55.)

Lichen sophodes Achar.! (Lich. suec. prodr. pag. 67.) — *Rinodina sophodes* Gray (Nat. arrang. of Brit. plant. I. pag. 450.), Massal.! (Ric. lich. crost. pag. 14.) — *Parmelia sophodes* Fries.! (Lich. europ. pag. 149.) — *Lecanora sophodes* Fries.! (Lich. suec. exs. num. 252), Schaer.! (Lich. helv. exs. num. 314.) — *Psora sophodes* Naeg. in Hepp! (Flecht. Europ. num. 77.) — Asci 14—16-spori. Sporae diametr. 3 longae.

var. *caerulescens* Trevis.

Lichen caerulescens Hagen (Tent. hist. lich. pag. 50. tab. I. fig. 5.) — *Parmelia Hageni* Achar.! (Lich. univ. pag. 367; Syn. meth. lich. pag. 167), Flotow! (in *Linnaea* 1849, XXII. pag. 370.) — *Parmelia stellaris* var. *caerulescens* Schaer.! (Enum. lich. eur. pag. 40, pr. part.) — *Bérengeria Hageni* Trevis. (Ric. Acc. Pad. I. pag. 266.) — *Psora sophodes* β. *caerulescens* Hepp! (Flecht. Europ. num. 78.) — Asci et sporae ut in specie.

13. *Bérengeria turfacea* Trevis.

Lichen turfaceus Wahlenb.! (Flor. lapp. pag. 408.) — *Parmelia sophodes* b. *turfacea* Fries.! (Lich. cur. pag. 140.) — *Psora turfacea* Hepp! (Flecht. Europ. num. 83.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2—$2^1/_2$ longae.

var. *pachnea* Trevis.

Parmelia pachnea Achar.! (Mss. in meo herb.) — *Lecanora epibryon* β. *pachnea* Achar.! (Lich. univ. pag. 396.) — *Psora turfacea* β. *pachnea* Hepp! (Flecht. Europ. num. 84.) — Asci et sporae ut in specie, sed diametr. 2—3 longae.

var. *microcarpa* Trevis.

Psora turfacea γ. *microcarpa* Hepp! (Flecht. Europ. num. 85.) — Asci et sporae ut in specie, sed diametr. 3—4 longae.

14. *Bérengeria exigua* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 265; Spigh. e pagl. pag. 55.)

Lichen exiguus Achar.! (in Vetensk. Acad. Handl. 1795, tab. 5. fig. 6.) *Rinodina exigua* Gray (Nat. arrang. of Brit. plant. I. pag. 450.), Massal.! (Ric. lich. crost. pag. 15.) — *Lecanora exigua* Flotow in Reichenb. et Schub.! (Lich. exs. num. 85.) — *Le-*

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0188-4

canora atra β. *exigua* Schaer.! (Lich. helv. exs. num. 569.) — *Psora exigua* Naeg. in Hepp! (Flecht. Europ. num 207.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2 longae.

var. *maculiformis* Trevis.

Psora exigua β. *maculiformis* Hepp! (Flecht. Europ. num. 79.) — *Lecanora exigua* Fries.! (Lich. suec. exs. num. 100.) — *Lecanora sophodes* γ. *exigua* Schaer.! (Enum. lich. eur. pag. 70.) — Asci et sporae ut in specie.

15. *Bérengeria Friesiana* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. p. 266.)

Lecanora Friesiana Duby! (Bot. gall. II. pag. 669.) — *Lecanora atra* δ. *Friesiana* Schaer.! (Enum. lich. eur. pag. 73.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2 longae.

16. *Bérengeria confragosa* Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. p. 266.)

Parmelia confragosa Achar.! (Meth. lich. Suppl. 33.) — *Parmelia atra* β. *confragosa* Fries.! (Lich. suec. exs. num. 283; Lich. europ. pag. 142.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2 longae.

17. *Berengeria Bischoffii* Trevis.

Psora Bischoffii Hepp! (Flecht. Europ. num. 81.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. $1^1/_2$—2 longae.

18. *Bérengeria lecanorina* Trevis. (Car. di dod. nuov. gen. di lich. pag. 2; Spigh. e pagl. pag. 6.)

Mischoblastia lecanorina Massal.! (Ric. lich. crost. pag. 41. fig. 70.), Trevis. (Riv. Acc. Pad. I. pag. 265.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. $1^1/_2$ longae.

var. *trachitica* Trevis.

Mischoblastia lecanorina β. *trachitica* Massal.! (loc. cit. fig. 71.) — Asci et sporae ut in specie.

var. *lavanea* Trevis.

Mischoblastia lecanorina γ. *lavanea* Massal.! (loc. cit. fig. 72.) — Asci et sporae ut in specie, sed diametr. 2 longae.

Bérengeria oxydata Trevis. (Car. di dod. nuov. gen. di lich. pag. 2; Spigh. e pagl. pag. 6.)

Mischoblastia oxydata Massal.! (Ric. lich. crost. pag. 42. fig. 73), Trevis. (Ric. Acc. Pad. I. pag. 265.) — Asci 8-spori. Sporae diametr. 2 longae.

Obs. *Bérengeria* pertinet ad *Patellarieas*, cujus tribus clavem analyticam, ad meas ideas, subjungo:

Excipulum e thallo formatum.

(Subtribus I. *Callopismeae* Trevis.)

Sporæ simplices { nucleo simplici { Asci 4–24-spori 1. *Patellaria* Ehrh. / Asci ∞-spori . 2. *Acarospora* Massal. } / nucleo acroblastico . . . . . 3. *Callopisma* De Notar. }

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0189-2

Sporae biloculares . . . . . 4. *Bérengeria* Trevis.

Sporæ 4—6-loculares { Thalamium strato carbonaceo impositum . . . . . 5. *Dirina* Fries.
Thalamium strato carbonaceo nunquam impositum . . . . 6. *Lepadolemma* Ehrb.

Sporæ parenchymaticæ { Thalamium strato carbonaceo nunquam impositum 7. *Gussonea* Tornab.
Thalamium strato carbonaceo impositum . . . . . 8. *Urceolaria* Achar.

Excipulum ex hypothallo formatum.

(Subtribus II. *Gyalecteae* Trevis.)

Sporæ simplices . . . . . 9. *Pinacisca* Massal.
Sporæ 4-loculares . . . . . 10. *Petractis* Fries.
Sporæ parenchymaticæ . . . . . 11. *Gyalecta* Achar.

IV. *Pinacisca* Massal. (Neagen. lich. pag. 5.)

Char. ess. Apothecia immersa, urceolata, excipulo ex hypothallo formato, discreto, primitus clauso, dein aperto. Asci 6—8-spori, paraphysibus obvallati. Sporae ovoideae, uniloculares, hyalinae. — Thallus crustaceus uniformis.

20. *Pinacisca similis* Massal. (loc. cit.)

Obs. Specimen originale non vidi, sed characteribus generis ab auctore observatis omnino respondent species sequentes:

21. *Pinacisca epulotica* Trevis.

Gyalecta epulotica Achar.! (Lich. univ. pag. 151. tab. I. fig. 7), Schaer.! (Lich. helv. Spicil. pag. 361; Enum. lich. eur. pag. 93.) — Asci 6—8-spori, clavati. Paraphyses filiformes, tenuissimae, flexuosae, ubique hyalinae. Sporae subseriatae, ovoideae, diametr. $1^1/_2$—2 longae, vix lutescentes.

22. *Pinacisca Acharii* Trevis.

Lichen Acharii Westr. (in Achar. Lich. suec. prodr. pag. 33. cum icone in titulo operis.) — *Gyalecta Acharii* Schaer.! (Enum. lich. eur. pag. 93.) — Asci 8-spori, clavati. Paraphyses filiformes, tenuissimae, flexuosae, ubique hyalinae. Sporae ovoideae, diametr. $1^1/_2$—2 longae, vix lutescentes, parvulae (praecedentis $^1/_3$ minores.)

23. *Pinacisca odora* Trevis.

Gyalecta odora Achar. (in Schaer.! Lich. helv. Spicil p. 80 et 361; Lich. helv. exs. num. 136.) — *Aspicilia odora* Massal.! (Ric. lich. crost. pag. 38. fig. 64.) — Asci 8-spori, clavato-ventricosi. Paraphyses filiformes, tenues, apice aliquantulum incrassatae. Sporae ovoideae, diametr. 2—$2^1/_2$ longae, hyalino-viridulae, nucleo granuloso.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05970-0190-6

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1855

Band/Volume: 38

Autor(en)/Author(s): Trevisan Victor B. A.

Artikel/Article: Fragmenta lichenographica 171-187